

1.
2.
3.
4.
5.
6.



174.

1. Heekius, Caspar Schabius: De triplici advocatia
Imperatoris ecclesiastica
2. Brücknerus, Guilielm. Hieron: De vi factorum veterum
hodierna ejusque vero fundamento.
3. Brücknerus, Guilielm. Hieronymus; Fac. jur. Decanus:
... Titulatio et audientia Cognitionem. . . .
que Fr. Christoph. Seelig. . . l. 20 p. 1 de jure dot.
illustrabit, ubi adjectae sunt quaedam observationes
ad hanc legem.
4. Brücknerus, Guilielm. Hieronymus: De favore ultima-
rum voluntatum.
5. Brücknerus, Guilielm. Hieronymus, Fac. jur. Decanus:
ad audientiam Cognitionem. . . cursoriam innotet,
que G. Jacobus Jurellin l. 1. C. de sponsal. explanabit.
6. Friesen, Franc. Bernhardus: De natura allodii fidei
juncti conservata.

1721.

7^{6^o} Friesen, Joannes Bernhardus: De eo, quod justum
est circa lites designatas. 2 Part. 1721 à 1732

8. Friesen, Joannes Bernhardus: De differentiis juris com-
munis et statutorum Francfurtensium in materia
de privilegiis ac prioritatem creditorum.

9. Lehmannus, Joannes Jacobus: De commodis privato
et publico.

10. Pragemannus, Nicolaus: De rerum dominio.

11. Rosa, Jo. Gottlieb: Dissertatio, qua polyhistoris
ides delineatur.

12^{9^o} Schmeigel, Martinus: De rebus et in re
artibus heraldicis... 2 Suppl. 1721 à 1740.

13. Schroeterus, Christianus: De reformatione juris
civilis circa causas matrimoniales a pontifice
Romano per jus canonicum perverse tentata.

14. Neuglitz, Joannes Philippus: De jure recipiendi pro
vocationes ex superioritate territorii oriundo.

1721.

15. Noellmann, Joannes Christianus: De successione legitima
morum eorumque qui secus pronati sunt.
16. Stuvius, Barthelemy Gmelffius: De judiciis Heroi-
cis. 2 Exempl. 1721 & 1739.
17. Walekius, Joannes Georgius: De gymnasiis liti-
rariis veterum Romanorum.
18. Wedelius, Joannes Walpurgus: De malignitate in mortis
19. Wedelius, Joannes Korpheus, Fac. med. Decanus: Persemp-
ticon in ungu: De evaporatione acceleranda, minoribus
que sumptibus perficienda (Disputationi publicae Georgii
Iskardi Hamburgeri praemissima).
20. Wedelius, Joannes Korpheus: De principio vitales.
21. Wildvogelius, Christ: Coll. jur. decanus: De simplicibus
venditionibus ad l. 48 § fin. d. de ad. ed. Programma
in ungu / lectio in salerni Johannis Georgii Guckewrothii
praemissima).
22. Wildvogelius, Christ: De votatu clericorum.
Programma in ungu / lectio in cursoria Institutum de Hostage
praemissimum).

1721.

23. Wildvogelius, Christianus: De oculis praedio impo-
(Dissertationi in uny. Melchioris Christiani Otto prae-
missum)

24. Wildvogelius, Christianus: De genuina origine potestatis
principis in imperio S. R. Germanico.
2 Exempl.

25. Wildvogelius, Christ: De scanda et d'entorum
et Nov. C. V. Cap. 1. Programme in uny. (lectioni aus-
picati Inuesti Trachini Wapthal praemissum)

26. Wächter, Christianus Ludovicus: De experientia medica

1821, 3



FACULTATIS IURIDICÆ JENENSIS DECANI
**GVILIELMI HIERONY-
MI BRUCKNERI**

D. ET P. P.

DECENS INVITATIO
ADAUDIENDAM LECTIONEM SOLEMNEM,
QVA

Nobilissimus Furium Candidatus

JO. ADOLPHVS SEELIG
MOENO FRANCOVRTENSIS
IN AVDITORIO IURIDICO

L. 20. C. de Fure dot. illustrabit,

UBI ADJECTÆ SUNT QVÆDAM OBSER-
VATIONES AD HANC LEGEM.



JENÆ,
TYPIS MVLLERIANIS.





Donationes inter conjuges regulariter prohibitas esse, constat ex integris titulis Digestorum & Codicis, cujus prohibitionis causæ sunt non tantum blanditiæ, quibus nihil non conjuges magno cum alterius damno elicere aliquando possunt, sed & importunæ sollicitationes & molestiæ, quas creant alienis facultatibus insidiantes vultures conf. l. 1. 2. & 3. de donat. int. vir. & ux. Donationes tamen inter personas desponsatas valent l. 5. pr. l. 66. pr. eod. in tantum, ut etiam ipso nuptiarum die ante declaratum consensum matrimonialem factæ subsistant. l. 27. & l. 66. pr. eod. Fructus dotis stante matrimonio spectant ad maritum, pro ferendis matrimonii oneribus l. 7. pr. & l. 10. §. 3. de jur. dot. Sæpe viri, liberos e priori matrimonio habentes, & ad secunda vota transeuntes, mulieribus donant fructus, e bonis dotalibus provenientes, ubi quæstio in praxi occurrit, an talis valeat donatio? De hac agit l. 20. C. de jure Dot. quam Nobilissimus Candidatus noster me nec svadente nec suggerente sponte sua elegit illustrandam. Verba ejus ita se habent: Pro oneribus matrimonii mariti lucro fructus totius dotis esse, quos ipse cepit, vel si uxori capere Donationis causa permisit, cum, in quantum locupletior facta est, posse agere, manifestissimi juris est. Aliqui pro verbo: permisit, legunt: promisit; sed genuina lectio esse videtur verbi: permisit. In citato textu duo traduntur, primum est, quod fructus totius dotis pro ferendis matrimonii oneribus spectent ad maritum, alterum, si maritus permisit uxori capere fructus, quod pœnitente marito teneatur ea, in quantum est facta locupletior, illos reddere, & si sponte ipsa (aut ejus hæres) non

non vult, possit maritus agere ad illos consequendos; hæc duo manifestissimi juris esse dicuntur in lege nostra. Statuit *Carpzovius* p. 3. c. 25. d. 17. maritum non lucrari fructus dotis, quando illis in pactis dotalibus renuntiavit, cui contradicit *Brunnemannus* in *Comment.* ad hanc legem n. 8. dum ait: *Id* (quod tradit *Carpzovius*) *non puto concedendum per hanc legem, juncta l. 4. C. de donat. ante nupt.* Notum procul dubio est omnibus JCtis, quemadmodum circa finem superioris seculi nomine studiosi cujusdam *Wilhelmi Ernesti Schmidii* Disputatio Præsidentis Perillustri *Libero Barone de Lyncker* hic Jenæ prodierit, posteaque omisso Præsidentis & retento *Schmidii* illius nomine faciem induerit Tractatus, titulum *Trutina doctrinarum Jo. Brunnemanni* gerentis, ubi Autor (quisquis ille fuerit) sententias multas *Carpzovii*, quas *Brunnemannus* in scriptis suis refutavit, defendendas sumsit, cui se opposuit agnatus *Brunnemanni*, *Jacobus Brunnemannus* in *Hallenensi* Academia Studiosus, qui Defensorem Patruum, jam diu fato suo functi, agere voluit, dum *Trutinam castigatam* edidit. Continet *Schmidiana* *Trutina* juxta meam editionem paginas 314. Non solum integram illam castigando non percurrit *Jacobus Brunnemannus*, qui substitit circa paginam *Schmidiana* trigessimam, certa quadam hujus instituti usus executione, sed etiam nonnullas *Brunnemanni* sententias in paginis prioribus 30 refutatas sicco pede præterit, inter quas est recensenda, prius a me adducta e *Commentario Brunnemanni* ad *l. 20. C. de jure dot.* Quamvis autem *Brunnemanni* opinionem in explicatione hujus legis contra *Carpzovium* allatam, castigator non attigerit, eam tamen cum *Schmidii* refutatione liceat nunc modeste discutere. Urget *Schmidius* tres contra *Brunnemannum* rationes, quas a *Carpzovio* est mutuatus, 1.) *pacta inspicere*

X 2

debere

debere, sed non semper inspicere vel attendi debere pacta, etiam ante matrimonium inita, satis clare innuit *l. 4. C. de donat. ante nupt.* ad quam Brunnemannus provocavit 2.) nec hoc casu donationem inter conjuges metuendam, cum pacta dotalia ante matrimonium initum confici solent. Atqui donatio, de qua loquitur citata *l. 4.* etiam ante matrimonium conficitur, quoniam illam init Sponsus cum Sponsa (non cum uxore) & quidem ita, ut tunc (Sponsa) dominium ejus (rei donatæ) adipiscatur, cum nuptia fuerint secute, & tamen talis donatio dicitur esse sine effectu. 3.) ea valere semper, quatenus dotem meliorem, non deteriolem reddunt. Pacta quidem, reddentia dotem meliorem non deteriolem, plerumque valent, sed hoc non semper procedit; alias valeret quoque pactum donationis, a marito cum uxore de fructibus dotis constante matrimonio initum, quod tamen directo adversatur nostræ *l. 20. C. de jur. dot.* deinde, si ante nuptias Sponsus cum Sponsa init pactum, ut tunc prædico dotali quoad dominium accedere, debeant agri mariti certi, cum nuptia fuerint secuta, tale pactum etiam reddit dotem meliorem, nihilominus juxta *l. 4. C. de donat. ante nupt.* dicitur esse sine effectu. Hæc de rationibus, quibus Carpzovius & Schmidius suam sententiam firmare conantur. Nunc videbimus, quomodo Schmidius Brunnemanni rationes confutare tentet; dicit 1.) *l. 20. C. de jure dot.* contra Carpzovium non militare, cum is non neget, donationem uxori stante matrimonio a marito factam, de qua loquitur citata lex, esse invalidam, sed expresse agat de pactis dotalibus ante nuptias inter Sponsum & Sponsam initis. Recte; nec video, quomodo Brunnemannus suam opinionem per citatam *l. 20.* contra Carpzovium stabilire possit. Nec officiente 2.) *l. 4. C. de donat. ante nuptias.* Nam hic non sit donatio Sponsæ, ut rei

rei donata dominium consequi debeat post nuptias. Brun-
nemannus existimat, juxta d. l. 4. non valere pacta dota-
lia, quibus sponsus in gratiam sponsæ renuntiat juri, per-
cipiendi fructus rei dotalis, cum talia pacta contineant
donationem ea lege factam, ut tunc dominium fructuum
adipiscatur sponsa, cum nuptiæ fuerint secutæ; contra
putat Schmidius, non fieri in tali casu donationem spon-
sæ, ut rei donatæ dominium consequi debeat post nupti-
as. Enimvero certum est a.) hic fieri donationem spon-
sæ, dum sponsus ei donat fructus e re dotali proventu-
ros, qui durante futuro matrimonio ad se spectarent b.)
licet fructus, quos sponsus sponsæ in casum futurarum
nuptiarum donat, nondum extent, quia tamen etiam res
futuræ donari possunt l. 9. §. 1. de donat. l. 3. C. eod. Lau-
terb. in Colleg. ad tit. de donat. §. 31. sponsum donare spon-
sæ futuros rei dotalis fructus, qui citra illam donationem
ad se pertinerent c.) cum sic donati fructus ante nuptias
nondum extent, dici non posse, quod dominium illorum
sponsa consequatur ante nuptias tempore donationis, po-
tius asseri debere, quod sponsa demum post nuptias con-
sequatur illorum fructuum dominium. Pergit Schimi-
dius: *Nec enim ei fructus donat, qui jam mariti fuerant,*
sed facultatem concedit fructus futuros perceptione suos red-
dere. Ast licet fructus non fuerint mariti tempore dona-
tionis, quia tamen, ut jam vidimus, etiam res futuræ,
quæ tempore donationis non sunt in dominio donatoris,
donari possunt, non apparet ratio, cur in præsentis casu
affirmari non possit, sponsum donare sponsæ suæ fructus
rei dotalis. Nec stringunt verba: *sed facultatem conce-*
dit fructus futuros perceptione suos reddere; alias contra al-
legatam legem 4 dici posset, quod is qui sponsæ ea lege rem
futuram donat, ut tunc dominium ejus adipiscatur, cum
nuptiæ fuerint secutæ, non quidem donet actuale domi-
nium

nium illius rei, concedat tamen facultatem adipiscendi dominium, si nuptiæ fuerint secuta. *Et quis dubitat, posse maritum donare prædium ante nuptias mulieri, vel saltem hoc ei concedere in usumfructum, ut fructus inde post solum matrimonium suos reddere possit; licet ei prædium ipsum non ita possit donare, ut demum id in mulieris dominium post perfectum matrimonium perveniat.* Quid hæc verba faciant contra Brunnemannum, equidem non assequor. Num vero probanda est ejus sententia, contra Carpzovium prolata? De jure civili valde probabilis illa est; sed, si spectamus mores nostros, Carpzovii opinio præferri meretur. Jus civile invalidam donationem agnoscit, si e. g. sponsus sponsæ donat rem, cujus dominium habere debeat in casu secutarum nuptiarum *d. l. 4. C. de donat. ante nupt. § l. i. ff. de donat.* sed hodie illa subtilitas & scrupulositas Juris civilis non attenditur. Nulla enim solida subest ratio, cur donationes inter desponsatas personas simpliciter factæ effectum sortiri debeant, & non etiam valere debeant donationes, celebratæ in eventum secuturi matrimonii. Cum enim donationes desponsatarum personarum præsumtive ideo fiant, quia personæ illæ respiciunt futurum matrimonium, quoad rem ipsam & æquitatem perinde reputandum est, sive desponsatæ personæ in mente quid habeant, sive illud, quod in animo suo respiciunt, expressis verbis proferant; sufficit, inter desponsatas personas ratione donationum illa mala & incommoda, ob quæ donationes inter conjuges sunt prohibitæ, non esse metuenda, & propterea in jure civili probari donationes inter desponsatas personas; cum etiam Jus illud approbet donationes inter sponsum & sponsam, quæ fiunt ipso nuptiarum die ante consensum matrimonialem declaratum, mera foret scrupulositas, si non etiam validas agnoscere vellemus donationes, inter illas

illas personas ita factas, ut sub ipsum statim matrimonii
initium transferant dominium. Conjugium est res ma-
gni momenti, & si una pars ob promissum alterius per
sponsalia se obligat ad matrimonium consummandum, &
quissimum omnino est, ut hoc secuto fides data seruetur,
quod mores hodierni, in aliis quoque casibus pactorum
inviolabilitatem contra Jus civile curantes, attendunt,
confer *Carpz. p. 3. c. 20. d. 1. n. 2.* & adductos ab *Esbach* ad
hunc locum *ICos.* Plura tradet ad illustrationem dictæ
l. 20. C. de jure dot. Nobilissimus Jurium Candidatus

JOH. ADOLPHVS SEELIG

Qui natus est Francofurti ad Moenum Anno a Nativitate
Soteris nostri *Deav. Sep. 1718* MDCXCVI d. xxx. Julii, Patre
JOHANNE GEORGIO SEELIG, Cive illius Urbis spe-
ctatissimo, Matre ANNA CATHARINA nata GRUB-
MYLLERIA; de quorum Parentum vita Noster haud
parum sibi gratulatur, a supremo Numine votis omni-
bus expetens, ut diu adhuc illos salvos & incolumes præ-
stare per infinitam suam gratiam dignetur. Postquam
Parentes in hoc Filio ingenium ad liberales artes pro-
pensum aptumque deprehenderunt, nulli pepereerunt
operæ nullisque sumtibus, ut illud ad familiæ suæ decus
& Reip. utilitatem optimis modis excoleretur. Quam-
obrem primum tradiderunt eum domesticis Præceptori-
bus erudiendum, deinde Gymnasium publicum frequen-
tare jufferunt, ubi sub fidelissima informatione B. AR-
NOLDI quondam Rectoris, pariter SCHVDTII nunc
Rectoris, & reliquorum Clarissimorum Virorum GLVM-
PEII & SCHLEICHII ductu fundamenta studiorum jecit
haud contemnenda. Maturus studiis sublimioribus vo-
luntate Parentum petiit Academiam Giesensensem (Ao.
M DCC XIV. d. 10. Septemb. ubi Philosophicas scientias ar-
tesque

tesque primum tractavit, potissimum Professorum LAN-
GII & KORTHOLTI Collegia frequentavit; postea
WIGERUM, tunc Professorem Juris Extraordinarium,
nunc Regiminis Hasslo-Darmstadiensis Consiliarium In-
stitutiones & principia Juris Naturæ tradentem magno
cum fructu audivit; anno ibidem transacto domum re-
versus suavis Patronorum nostram adiit Salanam, in qua
partim celeberrimorum Professorum BVVDEI, STRU-
VII, BECKII, STOLLII, partim privatorum Doctorum
DIETMARI, GERHARDI, STRUVII junioris Lectio-
nes, quibus divinam juxta & humanam Jurisprudentiam
luculenter discantibus instillarunt, in pretio habuit. An-
no MDCC XVIII. desiderium ipsum cepit, inclutam & Ha-
lis florentem Fridericianam in subsidium studiorum vo-
candi. Ibi maxima cum voluptate summorum Jctorum
THOMASII, BÖHMERI & GVNDLINGII doctrinas
haufit, pependitque ex ore B. BÖNICKE, delectatus et-
iam lectionibus Mathematicis & Physicis celeberrimi Pro-
fessoris WOLFFII. Hactenus Theoriam Juris sibi red-
didit perspectam; ut huic Praxin felici successu jungeret,
ad Cameram Imperialem, quæ Wezlaræ sedem fixit, se contulit,
singularem benevolentiam celeberrimi Practici Doctoris & Ca-
meræ Procuratoris GEIBELII affinis sui honoratissimi expertus.
Sic jactis in Juris Theoria & Praxi fundamentis ad summos ten-
dit in Jure Honores, ad quos rite consequendos a Facultate
nostra rogavit, ut admitteretur ad Candidatorum consueta Exa-
mina; cui laudabili desiderio morem gessimus, dignumque in-
illis deprehendimus, cui cathedram ad recitandam Lectionem
pariter atque defendendam disputationem solemnem aperiremus.
Crastina dies destinata est Lectioni, quæ Candidatus noster in-
exponenda *L. 20. C. de jure dot.* occupabitur. Ut huic Magni-
ficus Academiæ Pro-Rector, Aula & Academiæ Procures, omnium
Facultatum Doctores, Musis nostris faventes Hospites, Generosi &
Nobilissimi Studiosi interesse haud graventur, ea, qua est, obser-
vantia & humanitate, Collegii & meo nomine roganur. P.P.
sub Sigillo Facultatis Juridicæ d. XVII. Aug. An. Sal. MDCCXXI.

(L. S.)

Jena, Diss., 1727

ULB Halle

004 582 357


3



56.

Vol 18





1821, 3

FACULTATIS JURIDICÆ JENENSIS DECANI
GVILIELMI HIERONYMI
MI BRUCKNERI

D. ET P. P.

DECENS INVITATIO
AD AUDIENDAM LECTIONEM SOLEMNEM

QUA

Nobilissimus Jurium Candidatus

JO. ADOLPHVS SEELI

MOENO FRANCOFVRTENSIS

IN AUDITORIO JURIDICO

L. 20. C. de Fure dot. illustrabit,

UBI ADJECTÆ SUNT QUÆDAM OBSER-
VATIONES AD HANC LEGEM.



JENÆ,
TYPIS MULLERIANIS.

